



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De nube, quae in Saxonia cadens multos submersit, cap. 41.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

REtulit mihi quædam femina religiosa hoc anno; quod modico tempore ante crucis prædicationem; in villa quæ Hellendorp dicitur, non multum distans à Colonia, post solis occasum, duas cruces viderit in aëre, vnam maiorem, & alteram minorem, quæ paulatim ab occidente mouebantur ad orientem. Volens tanti miraculi habere testes, quodā aduocauit, qui & ipsi viderunt. Similes visiones memini me dixisse superius in distinct. 8. cap. 17. necnoa 18. primò de duobus Conuersis, qui Dominum viderunt in aëre pendetem in cruce: deinde de Rudolpho Conuerso de Lucka, qui Christum vidit crucifixum in aere, & quindecim cum eo. Audi adhuc miraculum de aere, factum terribile valde.

CAPVT XLI.

* Anno
1212. vi.
habes in-
frac. 48.
G. 50.

Hoc * anno in Saxonia, nubes integra de aere cadens, inter duo montana, multis tam in corporibus, quam in rebus, fuit damnosa. Tantis enim aquis abundabat, ut monasterium in valle proxima situm, peruaderet, & omnem in eo animam viventem, ab homine vsque ad pecus extingueret: officinas euertit, suppellectilem deuexit, sepes destruxit: quinque tantum monachi, in turrim fugientes, ex omnibus saluati sunt. Vocatur autem idem monasterium Wincndenburg, & est de ordine nigrorum. Deinde idem torrens, intolerabilim impetu suo ciuitatem vicinam inuadens, cuius vocabulum est* Islere, similia ibi operatus est mala; omnesq; ecclesias, nec nō & omnia ciuitatis habitacula, violenter intravit, homines atq; iumenta submersit. Et quia Deo nō est cura de bobus, sed de hominibus, magnum atque memória dignum in suffocatis ostendere dignatus est miraculum. Nam omnes illi qui transacto diluvio in ecclesiis siue dominibus reperti sunt, niente candore nitebat; qui autem in theatris, siue in tabernis, extincti erant, carbonibus nigriores apparuerunt: tali enim charactere Deus bonos distinguebat à malis. APOLLONIVS: Sicut in hac plaga considero, non casu, sed Dei iusto iudicio flagel-

* al. Is-
lene.

flagellamur. CÆSARIVS: Hoc pleniū notare poteris in diluvio Frisiæ, in quo amplius quam centum milia hominum simul extincta sunt, ac deinde anno tertio circa quadraginta milia. Tempus & causam eiusdem plagæ satis expressi in distinctione septima, capite tertio. APOLLONIVS: Videntur mihi diluvia hæc particularia celerem iudicis aduentum prænuntiare. CÆSARIVS: Verum est, quia eodem tempore impletum pro parte est, quod ipse præmisit, dicens: Erit in terris pressura gentium præ confusione, sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore. Nam sicut mihi fetulit Abbas sancti Bernardi, timor tantus erat in Frisia, ut singuli singulis momentis mortem suam expectarent, & quasi arescerent præ expectatione. In qua tanta facta est pressura populorum, ut multi Frisonum prouincias peterent alienas. APOLLONIVS: Ego ista tunc temporis intellexi. CÆSARIVS: Ex quo loqui cœpi de aquis, ostendere tibi volo, quæta Deus miracula, etiam nostris temporibus operatus est in illis.

CAPVT XLII.

Godefridus magister nouitorum nostrorum, anno *In Aquâ* conuersionem parœciam quandam regebat: *& primò* hic cum die quadâ puerum baptizaret, de cuius *de Baptâ* latere pendebat caro miri horroris, mox ut infantem *smi virâ* in nomine sancte Trinitatis tribus vicibus immersum *tute &* extraxit, monstrorum illud apostema nusquam cōpatur: *circa cor-* ruit: quo viso, hi qui aderant glorificauerunt Deum, *ba-* poris *sa-* ptismi vittutem vbiique prædicantes.

CAPVT XLIII.

Qvando peccatis nostris exigētibus, in obsidione Damatiæ Christianus exercitus ex parte datum est in manus Saracenorum, Episcopus Beluacensis ductus est in Babylonem captiuus, & cum eo multi: cumque satis humanè à Soldano tractarentur, femina quædam pagana, ciuis Babylonica, filium sic habebat infirmum, ut nulla spes vitæ esset in illo. Nocte quadam ostensum est ei in somnis, ut si prædictus Episcopus illum baptizaret, mox omnem corporis

R 1 2 flospi-